



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Genealogia Illvstrissimæ Domvs Dvcvm Brvnsvic. Et  
Lvnaebvrg. Continva Patrvm Serie, Svpra Septintos  
annos, è regio Longobardorum sanguine, repetita**

**Krüger, Pankraz**

**[S.l.], 1577**

**VD16 K 2458**

Albertvs Magnvs Dvx Brvnsvig. Et Lvnaeb. A. C. 1252.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34834**

# ALBERTVS MAGNVS

DVX BRVNSVIG. ET LVNAEB.

A. C. 1252.

**M**Itis hic, & pacis natura pronus ad artes,  
Sæpe tamen bello cogitur esse ferox.  
Dum modo nobilitum fastus, modo furta latronum  
Impia, in ultrices tela dedere manus,  
Sensit & Hungaricus vires Bela, sensit iniquus  
Nescio quis, nodo cui gula fracta, Comes.  
Intrepidae virtutis honos cognomina Magno  
Addidit. j fame præmia nulla puta.

# ALBERTVS PINGVIS

DVX BRVNSVIGEN. ET LVNAEB.

A. C. 1278. à cuius fratre Henrico orta  
familia Ducum Grubenha-  
giorum.

**P**Ar animi virtus, eademq; modestia Nati,  
Quæ Patris: At belli rarior vsus erat.  
Ergo quies major. fratris tamen impiger iras  
Fregit, & armatas exuit ense manus.  
Thura viro Brunsviga dato. cum perdere possët,  
Iuvit opes, victor milite, mente parens.  
Hinc stirps clara Ducum germani è stemmate nata  
Altera, cui titulos dat Grubenaga suos.

MAG.